Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift



transmisit in dexteram atq; in celo suos reposuit su
dores. Et inter hec omnia intendebat uir beatus iactan
tiam fugere uirtutum, in quo non poterat gloria celsa late
re. adeo ut non solum corda hominum de beluina fe
ritate crudelia ad mansuetudinem xpi domaret.
fidelis seruus eius. & prudens. sciens cum seruis eius dare
in tempore tritici mensuram. idem pro captu audien
tium mensurate & oportune diuini uerbi pabu
la ministrare. uerum etiam aues. ut innocentia.
& potestas primi ade ante quam peccaret. cui omnia
irrationabilia subiecta fuerunt. ut scriptura
demonstrat. in isto sancto uiro per sedem adam dominum
nostrum ihesum xpm reformata intellegerentur.

Cum autem intra domesticos
suos contingebat secretius illud habere
conuiuium. & delectaretur in hilaritate carnis.
descendebant ad eum intrepidi passeres & in
manu eius mense reliquias colligebant. Disce
debant alii saturati. alii accedebant sa
turandi. Sic mansuescebat feritas auium in